

1317

D O G M A T I C I

1318

rati *Laelius*, uterque *Scipio*, *Cato*, *Tullius*, *Virgilius*, *Seneca*. Cum igitur et Philosophum, et Christianum et Latinum teneamus, quidni mentem pulset *Chalcidius* Interpres et Commentator *Timaei Platonic*, quem ad Seculi IV. initia Literatores reponunt? Plura eum scripisse, quam quidem in *Timaeum*, testis est Codex *Bodlejanus* per modum Dialogi tractans de statu Animae post obitum Platónico more, quem *Gerb. Langbaenius* a *Fabricio Bibl. lat. L. III. c. 7.* excitatus in *Chalcidium* confert, quique fortasse Tractatus noster est, testis item *Franc. Patritius*, qui *novae de Universis Philosophiae* edit. *Veneta 1593. f. in Adpend. de Hermete Trismegisto p. 3.* ultima Ejus ad Filium verba e *Chalcidio* refert, quae utique verba non extant in *Commentario Timaei*; extant vero in Tractatu nostro, quanquam paullo uberius, *fol. 19. Haecenus filii pulsus a patria uixi peregrinus et exul &c.* unde *Patritium* Exemplari *Chalcidii* nomen praeferente usum fuisse oportet; testis denique Codex *Laurentianus* duplex a laudato *Bandinio T. cit. col. 334. et 629.* relatus, in quo habetur eadem *Hermes* Oratio ad filium tributa *Alcibidio Platónico*, quem *Alcibidium* a Librariis e *Chalcidio* corruptum plus quam probabile videtur. Adde, quod in nostro Codice, dum Interlocutores Autorem somniantem adpellant, *Alcidem* vocant, quod facile quis itidem ad *Chalcidium* reducat. Adde postremum et cogitandi et eloquendi

rationem in *Commentario Timaei* et Tractatu nostro prorsus convenire. Verum quid facies historicis illis notionibus, quas supra descriptas dedi? Quid *Chalcidio*, siquidem Seculum IV. adtigit, cum *iniquo Domitiano*, qui, si de Imperatore res est, Seculo I. occubuit? Quae Civitas illa, in qua Somniantis Frater cogente optimo *Romanae Reip. Consule* munia gessit? In qua ora maritima *Paracle* et *Chereotha* Piratis vexatae? Quis conjurator *Apollonius*? Videant me doctiores. Aut hic paucula de Vita, rebusque *Chalcidii*, quae tempus edax nobis non invidit, continentur, aut nullibi; neque enim certi quidquam *Aug. Justiniani*, *Job. Meursii* et *J. Alb. Fabricii*, qui versum et expositum ab eo *Timaeum* edidere, solertia docere nos potuit.

DLXXXVI.

Codex membraneus lat. Sec. U. 619 XV. ineuntis, Folior. 131. f. per-eleganter scriptus, et coloribus comtus sequentia continet: *Incipit tractatus de peccato originali editus a fratre Egidio Romano ordinis fratrum Heremitarum Sancti Augustini. Capitulum primum in quo est prologus. Init illud: Ego cum sim pulvis et cinis loquar ad Dominum meum &c.* Constat Capitibus VII. ut *Vol. I. col. 2249. et 2571.* quo te, si lubet, refer. II. *fol. 9. Incipit tractatus de laudibus diuine sapientie editus a fratre Egidio Romano ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini.*

boup

N 3

ni.

ni. Et quidem a *Tabula* Capitem XVII. quorum primum init: *Eru-
gavit cor meum uerbum bonum*
&c. *Inter multas et uarias occupa-
tiones nostras requisiti a uobis* &c.
Peccare *Tabulam* docet decursus
Operis, quod Capitem est XVIII.
E septem Dónis f. Spiritus eruit
Autor totidem Laudes divinae Sa-
pientiae, quae credendo, speran-
do, de Peccatis dolendo, et a-
mando Deum perfolvuntur. Obja-
cet scribenti Tractatus hic impres-
sus *Patavii* 1553. 4. et in Colle-
ctione *Operum Nostri Romae* 1555.
f. Atque haec est per *Ant. Bla-
dum* procusa Editio, quam a *Bel-
larmino* indicari cupivisset *Caveus*
Vol. II. p. 341. Adi etiam *Fel.
Offingeri Bibliothecam Augustin.*
III. fol. 28. *Incipit liber Sancti
Anselmi Cantuarien. Archiepiscopi
de Similitudinibus.* Ita quidem: *Vo-
luntas tripliciter intelligitur* &c
Primus ab *Anselmo* Compilationem
hanc abjudicavit *Theoph. Raynau-
dus S. J.* Ex ejustamen Sententiis ab
Eadmero discipulo congestam fuisse,
probabile est, unde semper in-
scribi potest: *Similitudines*, seu magis
Sententiae Anselmi. Ejusmodi
operam *Prosper Augustino* loca-
vit, *Gregorio M. Paterius.* Exem-
plum praesens definit in Cap. C-
XCH. *De Verbis Defuncti.* Duo
alia e *Mss. S. Germani* et *Beccen-
si* addidit *Gabr. Gerberonius* in e-
dit. *Opp. Paris.* 1721. *Append.*
p. 189. f. cujus etiam praeviam
in Editionis fronte *Censuram* vide.

IV. fol. 70. p. 2. *Incipit pro-
hemium beati Anselmi in proslo-
gion.* His verbis: *Postquam opu-*

sculum quoddam (Monologion)
uelut exemplum meditandi &c. Suc-
cedit *Elenchus Capitem XXVI.*
sed *Opusculum ipsum in Capite
penult. ad verba: et ille se et il-
los per se ipsum,* deficit; unde fe-
fellit *Librarius* adjiciendo: *Das
ist quitt.* Extat *Prosligion* edit. cit.
p. 29. et a me utroque *Vol.* non
semel relatum est.

V. fol. 77. p. 2. ut e calce ad-
sumendum: *Liber meditationum
Reueren^{mi} Domini Boneuenture
Cardinalis et doctoris. Qui ymago
uite ceterne nuncupatur.* Ejus initi-
um est: *Flesto genua mea ad pa-
trem* &c. Non semel jam indica-
tus extat edit. *Lugd. Opp.* 1668.
T. VII. p. 105. f. ubi etiam *Soli-
loquium*, vel *Dialogus*, inter Ho-
minem nempe et Animam, inscri-
bitur. Multa ejus ex *Hugone a S.
Vi&.* de *Artha Animae* desumpta
esse, nec Editores diffitentur. Ve-
rius hic repetiit *Librarius: Das ist
quitt.*

VI. fol. 101. p. 2. *Sequitur
liber primus Cur Deus homo Ve-
nerabilis Anselmi Cantuarien.
Archiepiscopi. et primo incipit e-
ius tabula.* Libri deinceps initi-
um: *Opus subditum propter quos-
dam* &c. Accedit *Liber II.* inte-
ger pariter, prout habetur uter-
que edit. *supracit.* p. 74. et a me
pluries relatus. Ad calcem Codi-
cis legitur: *Completum est presens
opus diuina coadiuuante clementia
Per manus Stephani Treperger
Anno Domini &c. Quadringente-
simo secundo. Laus Deo. Et infra:
Eff ons nicht. Q. d. Noli nobis il-
ludere! Scutum Fronti adpictum,*
quod

1321

D O G M A T I C I

1322

quod in area rubra Serpentes binos albos, auro coronatos, ascendentes exhibet, ad quem referam, nescio.

DLXXXVII.

U. 123 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 138. 4. currente calamo perscriptus, et, ut per *ἐπιρυγαφῶν*: *Assit principio sancta maria meo*, conjicio, quondam *Thomae* nostri *Haselbachii*, est juxta clausulam in calce: *Lectura capituli Firmiter de summa Trinitate et fide catholica completa in studio Heidelbergensi per venerabilem Doctorem sacre theologie Conradum de Soltow anno Domini 1388^{mo}. Ac cum ego scriptor istum librum scribendo finiui sub annis Domini 1490. Circa festum matthe apostoli et hoc in studio Vlmensi. Praemittitur igitur ipsum Capitulum Firmiter, quod est I. Decretalium Gregorii IX. et deinceps ejus Expositio succedit ita in IV. Partes distributa, ut Pars quaevis materiam unius e IV. Libris Sentent. Petri Lombardi pertractet. Est enim Capitulum illud, ut notum, mere dogmaticum, unde et *Lectura* in illud inter theologica potius, quam Juris can. Scripta referenda est. Incipit vero: *Firmiter credimus &c. Fidem orthodoxam i. e. primam gloriam fidelium solidum et primum omnium virtutum immobiliter fore fundamentum auctorizans magister gentium &c. Et finit: Adimplebis me leticia cum vultu tuo, ad quam leticiam perducatur nos trinitas indiui-**

dua in secula seculorum benedicta Amen. Tum Clausula jam adlata. Novit Gesneri Bibliotheca istud Opus Autorem adpellans Zoltau. Ejus Postilla super Evangelia per totum annum memorat Staphorstius in Hist. Eccl. Hamburg. T. III. p. 380. Unde mirum e docto et diligenti Professore ignavum et illaudatum evasisse Episcopum Verdensensem, si quidem Alb. Krantzio Eccl. Hist. seu Metropol. L. XI. c. 3. edit. Basil. 1568. p. 338. fides, qui ita vixisse ait, ut homo ventri et gulae deditus accusetur, addita tristi hac Nota: idque ferunt esse Theologorum quieti insistentium. Quod si verum, certe nunquam ex animo Conradus Scientias dilexit. Doctorem Heidelbergensem fuisse, nemo citatorum novisse videtur. Patria Lunenburgensem faciunt.

II. fol. 135. *ἀνεπιρυγαφῶς* additur Expositio Orationis Dominicae, quae incipit: *Et primo sanctus Thomas de aquino dicit Pater et non dominus quia amari competit et non timeri &c. Pleraque excerpta ex Opusculo VII. Thomae edit. Rom. 1570 T. XVII. f.*

DLXXXVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 1097 Folior. 74. 4. nitide exaratus, rubro distinctus et fronte annum scriptionis 1493. praefereus hoc Titulo miniato est: *Petri Hediportunaensis ad venerandum eruditumque Compresbyterum Joannem de Sancto Foca, de quibusdam miraculorum questionibus libellus.*
Rem